

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.  
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo  
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm  
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

**Mezger, Paul**

**Augustæ Vindelicorum, 1695**

Articulus III. Utrùm in Visione Beatifica prodicatur Verbum mentis, seu  
species expressa?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](#)

## ARTICULUS III.

*Verum in visione beatifica producatur verbum mentis, seu species expressa?*

## SUMMARIUM.

1. *Explicatio speciei expressae & verbi mentis.*
2. *Tenet se ex parte objecti.*
3. *Et dilinguitur ab ipso actu cognitionis.*
4. *Non dari in unione speciem expressam probat autoritas S. Doctoris.*
5. *Et omnimoda paritas cum specie impressa.*
6. *Objectiones ex script. & PP.*
7. *Sensus script. & PP. erit.*
8. *Quomodo S. Thomas admittat verbum processus ex omni intentione?*
9. *Objicitur natura visionis.*
10. *Objicitur paritas visionis corporeæ.*
11. *Objicitur veritas visionis, &*
12. *Identitas visionis & verbi.*
13. *Quis sit primarius conceptus representationis?*
14. *Necesse est visione corporeæ esse species objecti.*
15. *Veritas cognitionis non est conformitas per modum imaginis, sed signi.*
16. *Verbum mentale est signum rei cognitæ per modum imaginis.*
17. *Videtur beata, an sit dictio?*
18. *Eleutheria Divina non est verbum visionis beatae.*
19. *Angelus in sua cognitione producit verbum.*
20. *Omnis intellectus, preter visionem, est simul dictio.*

## §. I.

## Prænotanda.

1. *Nostrum primum. Speciem expressam secundum Philosophos esse imaginem & similitudinem objecti vel intelligendi ratione expressam.* Distinguitur à specie imprellâ primo: quod species imprella pertinet ad actum primum, ac proinde sit natura prior, quam actus cognitionis; species vero expressa pertinet ad actum secundum; illa faciat objectum intelligibilem & motivum, ita confitiat actu intellectum & terminativum; illa comprincipiet actum visionis, ita terminet. Convenit vero cum specie imprella, quod non sit similitudo objectiva, in qua tanquam in speculo mediata visione objectum videatur, sed quod pariter sit similitudo formalis & medium, quo viderit objectum. Hæc species expella etiam appellatur *verbum mentis*, quia per ipsam mens nostra rem cognitâ sibi ipsi intus loquitur & manifestat: unde definiti solet: *Signum formale productum ad manifestandum intellectui objectum.*

2. *Notandum secundum. Etiam hanc speciem se tenere ex parte objecti, & agere vices ipsius. Ita operè colligitur ex S. D. I. contra gentes c. 53, ubi verbum mentis appellat, intentionem rei intellectus, & illam distinguens à specie imprella: hanc, inquit, oportet considerari ut intelligibilis operationis principium: species vero expressam, ut terminus intelligibili operationis, licet utrumque sit rei intellectus similitudo &c. & l. q. c. II,*

elle hujus intentionis intellectus dicit esse ipsum intelligi, & opulc. 14. esse id in quo res exprimitur, & hoc esse intellectum principale. Unde si species imprella se tenet ex parte objecti, quia per ipsam objectum est intelligibile, & principiat actum cognitionis; potiori jure species expressa se tenebit ex parte objecti, quia ipsa præstet & supplet concursum objecti in terminando, & per ipsam objectum redditur intellectum in actu. Notandum tertio. Juxta mentem & doctrinam D. Th. hanc speciem exprellam, seu verbum mentis esse aliquid procedens & resultans, adocique distinctum ab actu cognitionis: nam in primis citato l. q. contra gentes dicit: quod esse ipsius sit intelligi: sed esse cognitionis non est intelligi, opulc. 13. dicit: formatur intelligendo, & est expressum per operationem intellectus inf. q. 28. a. 1. ad 1. verbum cordis importat aliquid procedens ab intellectu, ut constitutum per operationem ejus. Clarissime q. 4. de verit. a. 1. ad 4. ipsa concepsio (quam prius vocavit verbum intellectus nostrus) est effectus actus intelligenti: unde etiam quando mens intelligit se ipsam, ejus concepsio non est ipsa mens, sed aliquid expressum à notitia mentis.

Et ratio est 1. Si ipsa cognitione esset verbum & species expressa, tunc omnis cognitione esset reflexiva super se ipsam: consequens est fallum, ergo. Sequela prob. Intellectus cognoscit objectum quatenus intelligibiliter existens in verbo, sed verbum foret ipsa cognitione; ergo illud cognoscere, quatenus existens in sua cognitione: sed cognitione cognitionis est reflexio: ergo intellectus se tempore reflecteret supra se ipsum.

Rati. est 2. Objectum cognitionis non minus debet esse intimè prælens & unitum intellectui, prout est in actu secundo, quam prout est cognoscibile in actu primo: sed in actu secundo non est intimè prælens & unitum intellectui; neque per speciem imprellam, quia se tantum tenet ex parte actus primi, habet rationem objecti motivi, & objectum tantummodo facit cognoscibile; neque per ipsam cognitionem, quippe quæ non terminatur ad se ipsam, nisi sit reflexa: ergo debet fieri in intellectu præiens in ratione termini intellectuali per speciem distinctam & ex actu cognitionis resultantem, quæ verbum & species expressa numerupatur. His positis sit.

## §. II.

## Negatur species expressa.

**CONCLUSIO.** Non datur, nec dari potest. *Species expressa, vel verbum mentis in beatifica visione.* Ita sentit communior Thomist. & videtur sentire Angel. D. hæc q. 12. a. 2. in c. universali loquens: ex parte visiæ rei (quam necesse

80 Tractat. I. Disputatio VII. Artic. III. §. II. & III.

*est aliquo modo uniri videnti) per nullam similitudinem creatam DEI essentiam videri posse. Cū ergo species expressa esset creatam similitudo DEI, tenens se ex parte ipsius essentiae vīsa, prout liquet ē testimonis ejusdem S. D. n. 2. adductis, etiam impossibile erit per ipsam DEUM videri.*

¶. Probatur isidem rationibus, quibus speciem impreßam oppugnavimus, huc breviter accommodatis: Nam primò similitudo intentionalis DEUM ut in se est representans & intellectui conjugens, debet esse actus purus, infinitus; sed hæc species expressa est talis imago & similitudo, ergo deberet esse actus purus, quod implicat.

Secundo. DEUS cū sit laum esse, & suum intelligere, non minùs est per essentiam intelligibilis in actu secundo, quam in actu primò: ergo tam repugnat ex parte ipsius, ut fiat intelligibilis in actu secundo per speciem creatam expressam, quam repugnat, ut fiat intelligibilis in actu primo per speciem creatam impreßam.

Tertio. Verbum creatum nihil praestare potest in visione, quod non infinitè perfectius praeter ipsam essentia divina semet intimo illapsu sistendo intra intellectum ejusque actum terminando: ergo verbum creatum in visione est essentia litera superfluum. vide quæ sup. art. contra speciem impreßam sunt dicta.

§. III.

Solvuntur objectiones.

6. Objicies primò authoritatem S. Script. 1. Jo. 3, dicentes: *Cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicut est. Ubi causam assimilationis assignat visionem: adeoque ipsam visio est formalis similitudinem.*

Secundò. D. Aug. I. 14. de Trin. c. 17. in hac quippe imagine tunc perfecta erit DEI similitudo, quando perfecta erit visio. I. 15. c. 16. tunc quidem, quando videbimus eum, sicut est, verbum nostrum non erit falsum. & I. 9. in quantum DEUM noscimus, similes sumus. ubi vides admitti in visione similitudinem & verbum.

Tertio. D. Anselm. Monol. c. 31. quancunque rem mens cupit veraciter cogitare, ejus similitudinem, quantum valet, in ipsa sua cogitatione conatur exprimere; quod quanto veracus facit, tanto rem ipsam verius cogitat, & hoc verbum ejus dicitur; sed subsumitur, nunquam mens cupit veracius cogitare, quam cum DEUM videt: ergo tunc maximè cupit similitudinem DEI exprimere.

Quarto. D. Greg. 3. Moral. c. 5. affirmit visionem beatificam esse imaginem, qua sit in nobis: ita dicens: *sublatis orientalibus & occidentalibus verbis; quasi quidam fons eterna predicationis sit ipsa imago interna visionis.*

7. Respondetur ad primum ex S. D. h̄c a. 2. ad 1. intelligi similitudinem proportionis & analogiæ tum per participationem luminis gloriae, tum per internam unionem cum Divina essentia, ex qua Beati quodammodo deificantur.

Ad 2. pater, S. D. in primo loco loqui de imagine nostra anima, que in beata visione erit DEO perfectè similis per participationem gratia

& gloria. Ad alterum ejusdem locum Resp. primò. per ly verbum intelligi posse ipsam DEI essentiam supplementem munus verbi, quod jure merito verbum nostrum dicitur, quia à nobis intime & inamisibiliter posse. si contendas, loqui de verbo creato.

Resp. secundò. Non loqui de verbo objectivo & terminativo, quod nempe sit terminus visionis ex ipso resultantis (de quo est nostra conclusio) sed de verbo & dictione causalē, seu de actu ipsius visionis, quia quatenus est actus judicativus & quodammodo enuntiativus essentia vīsa, sic aliquā ratione verbum vel dictio dici potest, sicut verbum nostrum, hoc est, visio erit utique maximè vera, quia maximè conformis objecto. Ad ultimum ipsius locum. Resp. Nos in quantum DEUM cognoscimus, esse similes ipsi, vel formaliter in cognitione ablativa per verbum productum, sed imperfectè DEUM cognitum representans, vel eminentiāliter, per ipsius divina essentia cum intellectu unionem.

Ad 3. D. Anselmi. Resp. Illam loquì de naturali & omni illa cognitione, quæ à verbi productione per actualitatem ipsius objecti prætentiam non impeditur.

Ad 4. Resp. à S. P. Gregorio visionem vocari quodammodo dictiōnem & imaginem, non formalem, quasi in ipsa divina essentia formaliter & terminativē repræsentetur, sed causalē, in quantum per actuū visionis intellectus videntis rapitur & transformatur in DEUM.

Objicies secundò authoritatem S. D. qui primò §. inf. q. 27. a. 1. dicit: *quicunque intelligit ex hoc ipso, quod intelligit, procedit aliquid intra ipsam, quod est conceptio rei intellectus ex vi intellectus proveniens, & ex ejus notitia procedens, quam quidem conceptionem vox significat, & dicitur verbum cordis significatum verbo oris. Ergo ex S. D. est de natura & essentia intellectus producent verbum, adeoque etiam de ratione beatifica visionis.*

Secundò. q. 4. de Ver. a. 2. cū dixisset: *verbum est aliiquid realiter progredivs ab altero, adit: quod universaliter verum est, de omni, quod à nobis intelligitur, sive per essentiam videatur, sive per similitudinem.*

Respondeo ad 1. cum communī Thomistarum: sentim esse, quod in omni natura intelligenti detur verbi processio, quanvis non detur in omni supposito intelligenti: ex hoc quippe recte S. D. intulit contra Arianos, quod cū in DEO sit natura intelligens, etiam sit aliqua processio Verbi, id est hæc universalis propositio quicunque intelligit &c. est accipienda secundum distributionem accommodatam, ut vocant, non pro singulis generibus, sed pro generibus singulorū.

Ad 2. quoque Resp. Sermonem esse de ordinaria cognitione, in qua etiam Angeli sive per essentiam sive substantiam suam intelligentes formant verbum mentis.

Objicies tertio. Species expressa nihil aliud est, quam formalis & vitalis assimilatio, atque unio cognoscens cum cognito; sed omnis cognitionis adeoque & visio est formalis vitalis assimilatio atque unio cognoscens cum cognito: ergo omnis cognitionis est species expressa objecti, adiungere

que & visio est species expressa divina essentia. Minot probatur. Actus potentier formaliter & essentialiter assimilativa est assimilatio, siquidem potentiа sp̄ificatur ab actu: sed intellectus est potentia formaliter assimilativa, quia est representativa, nec aliter representat, nisi in quantum cognoscitum assimilat cognito, & quodammodo transformat in objectum cognitionis, unde Phil. 3, de ah. te. 7. inquit, quod omnis cognitio sit per assimilacionem cognoscitum ad cognitionem.

10. Confirmatur primum. Ipse visio corporeo obiectu species & similitudo ipsius: ergo etiam visio incorporeo & intellectuali; utraque enim est actus potentia representativa.

11. Confirmatur secundum. Visio divina essentia est per se ipsum formaliter vera: ergo per se ipsum est formaliter similis divina essentia. Consequitur probatur: veritas est conformitas actus cum objecto; sed conformitas est similitudo: ergo formalis veritas actus est ipsius formalis similitudo cum objecto. Cum ergo visio sit formaliter vera, et etsi formaliter similis essentia visae.

12. Confirmatur tertio. Verbum est signum productum ad manifestandam rem cognitionis, sed hoc facit visio: ergo visio ipsa est verbum.

13. Respondeo negando minorem, & dico, essentialem conceptum cognitionis esse, ad objectum suo modo praesens vitaliter intendere & attendere, in quo conculit representatione potentia cognoscitiva. Cunque sola divina essentia, tanquam suum intelligere & intelligi, ac proinde per essentiam intelligibilis & intellectua in actu, possit se ipsum per modum termini intelligibilis & intellectus sistente intelligibiliter presentem intra intellectu, id est representatione intellectus, qua sit in beata visione, consistit in sola contemplativa intentione, seu attentione ad illam divinam essentiam eum terminum intellectualem: quā attentione & adhäsione intellectus totus absorptus & affixus in DEO, quodammodo in ipsum transformatur & deificatur: in aliis vero cognitionibus ubi objectum cognitionis non est suum intelligere, ipse intellectus sui cognitione conatur ad efformandum sibi terminum intellectualem, quem alias intra se & in esse cognito non habet presentem: Itaque vis representationis intellectus consistit in vitaliter terminando objectum praesens, quod sit vel in illud simplici intuitu, ut jam sufficienter praesens, in & attendendo, vel si ipso non sit sufficienter praesens, ipsius imaginem in se efformando: sicut enim intellectus agens in homine vim habet efformandi species impressas, quando objectum non alienum fieri potest praesens in actu primo: sic intellectus patiens vim habet efformandi sibi species expressam, quando objectum aliter non potest fieri praesens & intellectum in actu secundo.

14. Ad 1. Confirm. nego antec. est enim attentione ad objectum externum per vitalem refractionem spectaculum & radiorum visualium in pupillam transmissorum.

15. Ad 2. nego conseq. Ad cuius probationem distinguo maiorem: Veritas est conformitas actus cum objecto vel per modum imaginis, vel per modum signi concedo: tantum per modum imaginis, nego mis. sed conformitas est similitudo, quia est conformitas imaginis, conc. conformitas signi.

R. P. Mezg. Theol. Schol. Tom. I.

cum re significata nego min. & conseq. Sensus est, quod actus visionis se habet per modum cuiusdam perpetui judicii & affirmationis, qua intellectu Beati in fixissima contemplatione exercitè enuntiat, significat & gustandum exhibet, DEUM sibi esse omnia in omnibus, absque hoc, quod in le formalia divinitatis predicata intellegui contuenda obiectat: hoc autem est esse conformem per modum signi, sicuti vocalis propositio, qua dicit objectum esse quod est, est vera & conformis objecto, sine similitudine, quia est conformis per modum signi, non per modum imaginis.

Ad 3. Confirmat que precedentem responsio<sup>16</sup> nem impugnat Relyp. Verbum mentale est signum productum ad manifestandam rem cognitionis terminativę, & per modum imaginis concommodo: unque & vitaliter tantum, nego. Nos autem in priori sensu disputamus: unde si contendas, etiam hunc actum esse verbum, vel dictio, quo aliquid quomodo conque judicatur, apprehendit, intimatur: erit questione de nomine: nec enim repugno, quin visio beatissima, quatenus est iudicium quoddam exercitum de infinita DEI bonitate & sic practice determinativa voluntatis ad amorem fruitivum, quædam dictio, vel verbum vitaliter, hoc est per modum tendentiaz apprehendentis & gustantis, quam bonus sit Dominus, non vero terminative, seu per modum objecti terminantis & instar imaginis contuendum præbentis, dici possit.

#### § IV.

##### Corollaria.

Inseres ex dictis primum. Visionem beatam in sensu strictiori & proprio non esse dictio, Dicitio enim propriæ est intellectio productiva verbis terminantis cognitionem: sed ex dictis constat per visionem beatam non produci verbum, ergo.

Inferes secundum. Essentiam divinam tametsi<sup>17</sup> intrinsecè terminet cognitionem tanquam objectum intellectum in actu secundo: ideoque expletat minus speciei expressæ, non tamen propriè loquendo dici posse verbum Beatorum: quia verbum præter rationem termini intellectualem dicit etiam processionem à dicente, hoc est intelligentia, à quo exprimitur, quod de essentia divina dici non potest. Ideo secunda Persona in Divinis dicitur Verbum & imago: quia à Patre aeterno per cognitionem & in natura similitudinem formaliter procedit.

Inferes tertium. Quanvis Angeli substantia<sup>18</sup>, respectu propriæ cognitionis obeat minus speciei impressæ, non tamen posse habere rationem verbi & speciei expressæ: quia sicuti Angelus non est suum intelligere, ita neque est suum intelligi, vel intellectum in actu: unde sicuti intelligere ipsius est accidentale, ita terminus quoque intellectus debet esse accidentalis.

Inferes quartum. Omnem intellectuionem creatam,<sup>19</sup> excepta beatifica visione, simili esse dictio (ubi dictio ratione distinguitur ab intellectu, cui superaddit habitudinem ad verbum, tanquam signum manifestativum objecti) quia in omni alia verbum producitur. Dixi creatam, quia increata & essentialis DEI intellectio non producit verbum, sed notionalis tantum, de qua in tractatu de Trinitate.

L DISPU